



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Margarita Vidva. 28. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

pius calumniis appetitus, exilio mulctatus, vinculis oneratus, unis tamen beneficiis semper certavit. Certè calumniatorem lapidibus obuendum seruavit, civicamque ex hoste meruit. Rex ipse Theodoricus cum reum ad tribunal vocasset, ubi ad instar Angeli splendens intuitus est, habere exinde patronum suum apud DEVM maluit. Eius dona (uti & vasa sacra vestesque) omnia in captiuorum subsidia dilapidavit, veros Ecclesie thesauros animos esse reputans. Abiit tandem motuus è vivis, cum prius ipse mortuum ad vivos reduxisset. *Ex Lippelos.*

*Demonum cibus est carmina Poëtarum, seculari sapientia, Rhetoricorum pompa verborum. Hac sua omnes suavitate delectant, & dum aures versibus dulci moderatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna devincunt.*  
S. Hieron. in parab. ul. prod.

## S. MARGARITA VIDVA. 28. Augusti.

**N**obilem hanc MARGARITAM fortuna ad gregis, quem paupercula pascibat, pedes abiecit. Et tamen splendor illius ex ipso celo Christum accivit, ut pauperem & ipse indutus stipem peteret. Nec abavit illa, sed panem, quem unicuique habebat, illi tradidit non parvo lucello. Nam continuo Christus ex oculis abiens suavissimo odore MARGARITAM perfudit. Hoc interim probè profusa cum domum deinde venisset, & mater negaret in penu panem esse, protulit tamen inde MARGARITA talem, qui candore & sapore celum loqueretur, famemque non familie modo, sed totius vicinitate unicus placaret. A morte mariti (nam habere coegerant parentes) tota in pietatis



abijt. Lectum farmenta sternebant, cervicem lap-  
 pis fulciebat molle semper castitati pulvinar. Ca-  
 put omniaque in mensa panis, cella fons fuit. Cal-  
 ceinulli, vestis ei unica, præter cilicinam, quæ  
 pectus ita astringebat, ut sanguis expressus in sa-  
 niem abiret; sed hac illa formosissima Superis vi-  
 debatur. Interea primo manè sacris aderat, reli-  
 quum diem visendis ægris, & rogandâ, quam pau-  
 per in pauperes erogaret, stipe non malè combure-  
 bat. Mortis diem à cælo edocta cum à matre filia  
 memosynon expeteret, calceos suos illa promisit.  
 Et nimitū ajebat hæc, illos, quos nullos habes? imò,  
 illa, quos mors donabit. Et ecce dum defunctam  
 intueatur filia, videt tenissimis membranis calcea-  
 tam. Detracta ea spolia salutem morbidis plurimis  
 tulerunt. Ex quid jam dubitas virtus ad cælum  
 etiam per medias spinas currere, quando contra  
 has te cælum calceabit? Ex Ferrar.

*Quam præclara possessio sit humilitatis, ii no-  
 runt, qui jugum illius ferre non erubescunt. Nudus  
 & sine calceis ingredi potius elige, quam humilita-  
 te spoliari: nam humilitatis studiosos Deus ipse pro-  
 tegit atque defendit. S. Ephrem de vit. spirit.*

S. AVGVSTINVS EP. 28. Augusti.

AVGVSTINVS ubi manus Deo & D. Ambrosio  
 dedit, in Africam redux & sacerdos primùm,  
 mox Pontifex Hipponensis factus, patrem se Ca-  
 tholicis omnibus, hostem hæreticis acerrimum  
 exhibuit, quorum manus divino præsidio sepius  
 erasit. Mores improbos suorum liberimè pro-  
 concione carpsit, illorum præsertim, qui sacris vel  
 a principio non adescent, vel ante finem subduce-  
 rent sese; quiq; non Deo loqui in templo, sed  
 ho mini-